

dormientibus ipsis ex captis fugiere
quingenti. Non enim hoc deus permisit
dicatur florentinis resistendo sed quia
forte ipsi capti peccaverant quod fa-
cerent ignorando. In mane vero dum
sapientes dominans congregaret pe-
tilurus de processu consilium senen-
sis venit antystes omni auctoritate
munitus et kyrieleyson humiliter
dicens eundem per omnia litis domi-
num faciebat timens obidione
pugnabili succumbere civitatem.
Dominans autem ire longius pro-
predictis senenses asseruit credens
forsan altiora proponere et deli-
natoria litigis. igitur de recessu
florentinorum confisus episcopus
destitit a predictis non requirens
super his amplius dominantem.
Nam decipere credens episcopus
deceptus discessit ut evidenter
postea rerum exitus approbavit.
Surgens itaque quidam vir sapiens
et nobilis inter cetera dixit.